

Theologia dogmatica
De hominis ratione cum Deo.

Cochles' Joani De catholica
usu communionis eucharisticae
Nisive excud. Joan. Guizot 1857



915

CIMELIA

Ther

8839

Cim. C. 915

DE

LICO

NIO

ca.

Cl

D

ITE

LATI

sangu

Ch

DE CATHO-
LICO VSV COMMV-
NIONIS EVCHARISTI-

cæ. Per Reuerendum patrem, et

Clarissimum sacræ theologiæ

Docto, Ioannem Coch-

leum, Canonicum

Vratislavi-

ensem.

2

ITEM DE OB-
LATIONE CORPORIS ET

sanguinis domini nostri IESV

Christi, aliquot sanctorum pa-

trum veteris Ecclesiæ

testimonia.

Nisse, Excudebat Iohannes
Cruciger.

M. D. LVII.

30. IV. 208

PASTORIBVS ET ECCLESIA RV M MI-

nistris in uicinia constitutis, D. Sebastianus
Sleupnerus, Canonicus Vratis=
lauienfis. S. D.

Videmus manifestè, fratres in Christo charis=
sini, non popularium animos tantummodo,
uerum etiam pastorum, & qui aliorum sa=
luti inuigilant, turbari hac pertinaci aduersario=
rum audacia. Et quanq̃ ipsi uarijs sint, & mon=
strosi opinionibus inter se diuisi, atq; in multis
oppugnent Catholicos omnino, in hisce duobus ta=
men potissime multorum mentes à statu dimouent:
Quorum prius est, potuerit ne Ecclesia æquè sub
una specie uel signo, piè & legitime, atq; sub
utraq; porrigere uenerabile sacramentum: alte=
rum, sit ne oblatio corporis & sanguinis Domini
facienda. Visum fuit itaq; nobis, de utroq; negotio,
de priori quidem, quæ iam olim pius Christi athleta
Ioannes Cochlæus edidit, de altero, sententias ali
quot, quas ex S. patrum lectione mihi ipse college=
ram, prælo submittere: eo plane consilio, ut in his,
quæ Catholica & recta sunt, Christi ministri uoce
Ecclesiæ confirmentur, & habeant etiam nonnulla,
quæ contradicentibus respondeant. Boni consulite.

Gratia Domini nostri Iesu Christi sit sem=
per cum omnibus nobis. Amen.

X
TIO
fia po
tur

Q
tura,
menti
nobis
cat, L
specie
inuen
fiam,
nos o
bre. 13
lati ex
Sacra
rigi,

S
I
XXV. R A
TIONES QVODECCLE

ria possit Laicis venerabile Sacramen-
tum sub vna tantum specie dare,
per Ioannem Cochlaeum.

Quia Christus nusquam prohibe-
uit, neq; vlla prohibet scrip-
tura, tum veteris, tum noui Testa-
menti. Qui hoc non credit, is ostendat
nobis vllum scripturae locum, qui di-
cat, Laicis hoc Sacramentum sub vna
specie porrigi non debet, sed nullum
inueniet.

Christus iubet nos audire Eccle-
siam, Matthei 18. Et Paulus iubet
nos obedire Praepositis nostris, He-
bre. 13. Quum igitur Ecclesia & Prae-
lati ex iustis rationibus iubeant hoc
Sacramentum laicis sub vna specie por-
rigi, Cur resistatur?

A ñ **Qui**

3. Qui contra Prælatos murmurat, is et contra Dominū Deum murmurat, Sic enim ait Moyses Exo. 16. Audiui murmur vestrum contra Dominum, Nos vero quid sumus, quia mussitatis cōtra nos? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contrā Dominum.

4. Qui contra Prælatos murmurat, is peccat, & leprosus fit in anima sua, vti habemus huius rei figurā, Num. 12. Vbi Maria, soror Moysi, quando murmuravit contra Moysen, ex ira Dei facta est leprosa, Id nobis in exemplum contigit, 1. Cor. 10.

5. Qui schisma quærit, murmuratq; contra suum Sacerdotem, is offendit Deum, agitq; contra Dominum, sicut fecerunt Chore Dathan & Abyron, Nume. 16. Vbi Moyses ait ad Chore, Omnis globus tuus stat cōtra Dominum.

num.
mure

cont
quod
quan
co Sa
Non

super

C

vult,

ergo

Con

cis h

rigen

ti mo

plect

dicti

voce

trum

num.

num. Quid est enim Aaron, vt murmuretis contra eum?

Qui Prælatos Ecclesiæ reñcit aut contemnit, is reñcit et cõtemnit Deum quoq;. Sicut habemus exemplũ, 1. Re. 8 quando filij Israel petebant Regem loco Samuelis, dixit Deus ad Samuelem: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.

Qui summo sacerdoti obedire non vult, is reus fit mortis, Deut. 17. Quũ ergõ non solum Papa, sed totũ quoq; Conciliũ Constantiense decreuit, Laicis hoc Sacramentũ sub vna specie porrigendum, vnusquisq; sub reatu peccati mortalis tenetur Decretũ illud amplecti ac sequi, ex rationibus supradictis.

Christus iubet oues suas audire vocem Pastoris, Iohan. 10. Posuitq; Petrum & successores eius Generalẽ Pa-

B iij storem

storem super oues suas, Iohan. 21. Qui
igitur dicat pastor, laicis vnam tantum
speciem porrigendam esse. Similiter
et præsbyteris extrâ missam, oportet
profectò vnamquemq̃, qui in ouili
Christi esse ac manere voluerit, eiusmo
di vocem audire eiq̃ obtemperare.

9. Christus non frustra dixit, Lu. 10.
Qui vos audit, me audit, Qui vos sper
nit, me spernit, & patrem qui me misit.
Sequitur ergò hinc, Quisquis hoc Ec
clesiæ ac Prælatorum Decretum sper
nit, is spernit et Christum atq̃ patrem
eius.

10. Christus ait, Iohan. 14. Et ego ro
gabo patrem et alium paraclitum da
bit vobis, vt maneat vobiscū in æter
num, Spiritum veritatis, qui docebit
vos omnia. Item Iohan. 16. Quum
autem venerit ille Spiritus veritatis,
docebit vos omnem veritatem. Ex
his

his i
dict
ritur
num
ue a
clara
rem
futu
côte
lus, r
tent
non
aute
sit, l
cut E
nis c
rum
tem
nia i
tudi

21. Qui his iā sequitur, Qui Ecclesiā in supra-
dicto Decreto spernit, is spernit et spi-
ritum sanctum, qui cum ea est in æter-
num, eamq; docet omnia. Quam gra-
ue autem sit huiusmodi peccatum, de-
clarat Christus, Matth. 12. quia non
remittetur neq; in hoc sæculo, neq; in
futuro.

Laudabilis Ecclesiæ consuetudo
cōtemni non debet. Sic enim ait Pau-
lus, 1. Cor. 11, Si quis autem videtur cō-
tentiosus esse, nos talem cōsuetudinem
non habemus, neq; ecclesia Dei, Quam
autem longa laudabilisq; consuetudo
sit, Laicis vnam speciē porrigere, Si-
cut Episcopus Roffensis ex decem bo-
nis conditionibus contrā M. Luthe-
rum demonstrat, nemo certē eam con-
temnere debet, Quandoquidē et om-
nia iura admittunt, laudabilem cōsue-
tudinē vim legis habere.

11.

Roffensis
in defen-
sione Re-
gis, c. iij.

A iij

Repe

12.

Reperiuntur et scripturæ, quibus in æt
Decretum et consuetudo ista Ecclesiam,
cōformis est, Nam Christus ipse duo go h
bus discipulis in Emaus solummodo detur
speciem panis porrexit, Lu. 24. Quem enim
admodum fatentur hoc veteres sancti Christi
et probati Doctores, Similiter et Act. 27.
z. de sola fractione panis scriptum est
quem Apostoli fidelibus communicarunt
bant, Et Act. 27. itidem de solo pane ubi d
fit mentio, quem sumens Paulus, gratias
tias egit Deo et fregit, In his omnibus vesce
locis nihil habetur de calice. dit en

13.

Hoc Ecclesiæ Decretum et ista hom
consuetudo, Doctrinæ quoque Christi nutri
consentanea sunt, Iohan. 6. ubi plænem
rumque loquitur de pane, tacens de calice
ce, Sic dicēs Pater meus, dat vobis panem
nem de cælo, verum, Ego sum panis
vitæ, Qui manducauerit ex hoc pane, vel ex
vivet in æternū, non esuriet, neque sitiet pturis

in

quibus in æternum. Qui manducat hunc panem
et calicem, uiuet in æternum etc. Quum er-
at duo ergo hic panis laicis vere sub vna specie
modo datur, quid volunt amplius? Habent
Quæ enim hic panem vitæ, panem viuum vt
sanctus Christus ait, non simplicem panem pi-
t Aristoteli vt heretici proponunt.

panis est. Sed et in veteri Testamento ple-
unice, rursus figuratè huius panis fit mentio, 14.
panis ubi de calice tacetur. Exo. 16. Hic est
panis, quem dedit vobis Dominus ad
viam, ut non escitis. Psal. 77. Panem cœli de-
dit eis, panem angelorum manducauit
et iste homo. Item Sap. 16. Angelorum esca-
m Christum nutriuisti populum tuum et paratum pa-
nem de cœlo præstitisti illis. In his lo-
calibus nusquam fit mentio vel calicis vel
panis vini, Non fit igitur Laicis iniuria.

panis. Etiam si Ecclesia nullum haberet 15.
panem, vel exemplum vel testimonium ex scri-
pturis de vna specie, haberet tamē ius
in A v stam

Itam potestatem ac facultatem id faciendi, propter euitanda pericula, Quinuisquam sit ei prohibitum, Habetque huius rei bonum exemplum, Act. 15. Vbi prohibebat Concilium edere de sanguine aut suffocato, Quod sanctus Christus nusquam prohibuerat, sed liberum fecerat, Math. 15. Iam Christus vnā speciem laicis dandam nusquam prohibuit, sed Ecclesie liberū reliquit. Imò id ipsum proprio quodque exemplo et doctrina sua confirmauit, vti supra ostensum est, Luce 24. et Iohan. 6. Nemo igitur contra hoc loqui, pugnare aut disputare debet.

16.

Quod si etiam clare in scripturis comprehensum et expressum esset (quod tamen non est) vt Laicis vtraque species dari debeat: haberet nihilominus Ecclesia ius potestatem ac facultatem mutandi huiusmodi præceptum ex ius

stis

id factis causis, quarum multas Roffensis
Quibetq; commemorat. Huius rei exempla ha-
betq; bemus in scripturis, Primū quidem de
Act. 15. Sabbatho, Exo. 20. 31, Leui. 25. Nuz Sabbathum.
ere de me. 15. Deut. 5. etc. Quod Ecclesia
sancti absq; scriptura abrogauit, et in locum
sed li eius diem Dominicā, de qua nulla ex-
ristu. tat scriptura, surrogauit et instituit.
squam Deinde, de Circumcisione, Gen. 17. Circumci-
liquit. Iosue 5. Quæ Apostolorū adhuc tem- sio.
emple pore erat, 1. Cor. 7. Act. 16. et 21, Pos-
supra stea vero est ab Ecclesia prorsus abro-
an. 6 gata et prohibita. Item de celebrando
pug Paschate, Exo. 12. Leui. 23. Nu. 28. etc. Pascha.
pturis Quod Ecclesia itidem absq; scriptura
et (qd mutauit, ne Iudaizare videamur. Et
spe Stamēto præcepit Christus Apostolis Baptismi
minus suis, Matth. 28. Baptizare in nomine forma.
tatem patris et filij et spiritus sancti, Attamē
ex ius sancti Apostoli præceptū hoc ex ius
stis

*Abstinere
à sangui
ne &c.*

Itis causis aliquandiu intermiserunt
baptizantes in nomine Iesu Christi
Act. 2. 8. 10. 19. etc. Immò nusquam
scriptū habetur, eos baptizasse in no-
mine sanctæ Trinitatis, neq; in scriptu-
suis eius nominis mentionem fece-
runt, quum esset paruulis in fide nimis
altum et inconprehensibile. Item. Act.
15. præcipiebant, abstinere à sanguine
et suffocato, Quod ecclesia absq; scri-
ptura rursus liberum fecit. Item Pau-
lus præcipit. 1. Corint. 11. Ut viri co-
mam non nutriant, et mulieres nõ sin-
dereo capite, Quod ecclesia similiter
absq; scriptura liberum fecit. Horum
omnium in veteri quoq; Testamentum
bonum habemus exemplum de æne-
serpente, qui à Moysè ex Dei præce-
pto erectus, Numeri 21. à Rege Eze-
chiel destructus est. 4. Reg. 18. Nempe
ita debet ecclesiæ potestatem suam

serunt el eripere vel in dubium vocare.
Christi Christus dedit Ecclesiæ eiusq; Præ= 17.
usquar= tis potestatem, Matth. 16. et 18. li=
in no= andi ac soluendi ampliorem et maio=
scriptem, quam in veteri Testamento vn=
a. fece= uā data fuit. Atq; vt maior esset cer=
e nim= tudo, ait, Accipite spiritum sanctum. Ioha. xx.
m. Ac= ut simile quippiam in veteri Testamē=
nguini= nusquam scriptū habetur. Hinc er=
q; scri= o sequitur, eum, qui de potestate du=
n Pau= tat Ecclesiæ, dubitare et de spiritu
viri co= ncto, qui propter eam potestatem
nō fir= atus est, et de Christo, qui talem po=
similit= statem dedit.

Horu= Quisquis de tali Ecclesiæ potestate 18.
ament= dicit, is peior est Iudæo, Iudæus es=
e æne= m non dubitat, Moysen et iudices,
præce= mmos sacerdotes et Reges, potesta=
e Eze= m habuisse præcipiendi ac prohibē=
Nem= vti clare patet Deut. 17. 1. Reg. 8.
n sua= et 15. etc. Quibus tamen nusquam
v= tam

tam ampla potestas data fuit, quantum
Christus Prælati et ecclesiæ dedit, sicut
suprà dictum est.

19. Nouum Testamentum est suprà ve-
tus, Quemadmodū corpus suprà ve-
ram, veritas supra signum et imagi-
nem, etc. Heb. 8. 9. 10. et sicut spiri-
tus suprà literam. 2. Corint. 3. Qui
igitur in veteri Testamento talis po-
testas fuerit, quāto magis in nouo
manere atq; etiam maior esse debet.

20. Dixit Deus ad Hieremiam Cap.
Ecce constitui te super gentes et super
regna, vt euellas et destruas et dispe-
das et dissipes et ædifices et plantes.
ergo in veteri Testamento Deus cu-
dam Prophetæ tantum potestatis tri-
buit, quemadmodum vltorius post-
expressum est, Cur in nouo Testam-
to Apostolis eorūq; successoribus nu-
mus potestatis tributum esse debeat.

Qu

Quum tamen Christus Luce 10. dicat,
Multi Prophetæ et Reges voluerunt
videre quæ vos videtis, et non vident
unt etc.

Quicumq; contra eiusmodi potestatem
Ecclesiæ ac Prælatorum loquitur
ut agit, is non modo est vt ethnicus et
publicanus, Matthei 18. sed et multo
peior est ethnico, Manifestum est enim
apud omnes Ethnicos, Magistratum
habere potestatem præcipiendi ac pro
hibendi, leges ferendi ac abrogandi,
iuxta causam, iuxta temporis qualitatem, et
qui contradicit, punitur, Quanto magis
puniri debet is, qui Ecclesiæ Præla-
tis rebellis est, Quibus datus est spiritus
sanctus ad ligandum et soluendum
Iohan. 20. atq; ad regendum gregem
Christi Act. 20, Ethnicis autem non
ita. Quisquis igitur putat Ecclesiam
errare, is iniuriam facit spiritui sancto,
mendaciq;

Zl.

Qu

mendacijq; arguit Christū in sua prohabet
missione, Iohan. 14. et 16. peccatq; conrem
trā veritatem in spiritum sanctum. Cui et
Matth. 12. et 1. Iohan. 5.

22.

Paulus ait, 1. Cor. 4. Quid vult est
in virga veniam ad vos, an in charitate
et spiritu mansuetudinis? Et mox po
Itea vsus est sua potestate, iudicau
quippe peccatorem, tradens eum Sa
thanæ in interitum carnis. In omnib
itē epistolis suis præcepit et prohib
it, et fatetur, 1. Cor. 7. quod in qu
busdam ipse, non Dominus præcip
at. Item 2. Cor. 10. Non vult erube
scere etiam si amplius aliquid gloriatu
fuerit de potestate sua, quam dedit si
Dominus, in ædificationem et non
destructionem. Si ergo Paulus, mem
brum quoddam Ecclesiæ, et nō sup
mus Christi vicarius, sicut Petrus, te
lem potestatem habuit: quanto mag
hab

ua probat potestatem tota Ecclesia et sus
tq; conremus vicarius, Papa et Concilium,
sanctum Cui et Paulus se subiecit, Act. 15. et 21.

Quum Ecclesia in alijs rebus po-
estatem habeat ex causis aliquid mu-
andi, constituendi, abrogandi, velut
diebus festis, in ieiunijs, canticis, ora-
tionibus etc, iuxta qualitatem tempo-
rum et personarum, Quæ ante Mille-
annos multo rigidius alijsq; modis ob-
ruata fuerunt, Quemadmodum an-
tiqui Doctores, Canonesq; demon-
strant, Cur ergo non habeat potesta-
tem, et in sacramentorum administra-
tione modos aut ritus aliquos mutare,
ubi necessitas aut iusta causa exposcit?
circo ait Paulus, Philip. 3. Siquid ali-
ter sapitis, et hoc vobis Deus reuelauit
eruntamen ad quod peruenimus, vt
lem sapiamus, et in eadem permane-
mus regula. Spiritus Dei magis est in
B cordibus

23.

24.

cordibus viuīs hominum Christiano-
rum quàm in mortuis literis scripturæ
z. Cor. 3. Et habitat non sanè in scri-
ptis literis, sed in cordibus hominum
per gratiam Ro. 5. et 1. Iohan. 2. Hin-
sequitur, quòd Ecclesia, cui Christus
spiritum sanctū promisit ac dedit, non
debet ab hæreticis per literam scripturæ
iudicari et impugnari, sed debet li-
tera spiritui Dei, quem Ecclesia in cor-
de habet subijci, vt attribuat ei veram
intelligētiam, literamq; secundum spi-
ritum interpretetur. Non est igitur
dubitandum aut curiosè scrutandū con-
trà sensum traditionēq; Ecclesiæ, etiam
si multa hæretici argumenta ex liter-
scripturæ producant, Spiritus enim
Dei maior est quam litera, et Ecclesi-
scripturam melius intelligit, quam in-
telligunt eam Hæretici.

Sicut Ecclesia Catholica potesta

10
10
ftiano
pturæ
in scri
minun
Hin
christu
ut, noi
criptu
ebet li
in cor
i veran
um spi
igitu
adū co
e, etian
x liter
is enin
Ecclesi
iam in
otesta
ter

tem habet, hoc sacramentum quibus
dam præcipiendi, et quibusdam pro
hibendi, 1. Cor. 5. et 11. Et sicut ex pars
te temporis mutauit quædam, vt Chri
stiani primitus quotidie communica
rent, Deinde singulis diebus Dominis
cis, et post aliquantum temporis ter in
anno, Nouissimè vero, vbi charitas et
deuotio populi frigida facta est, ipsa
velut benigna mater infirmitati nos
stræ adhuc plus remisit, solummodo
præcipiens, vt ad minus semel in anno
tempore paschæ communicemus: Ita
etiam habet potestatem dandi Laicis
hoc sacramentum, vel sub vna, vel sub
vtraq; specie, secundum quod compe
rit, quid eis in hoc commodissimum ac
maxime proficuum esse queat, Quum
ergò habeat spiritum Christi, sequi
tur, vt quisquis de præceptis interd
ictisq; eius dubitat, is dubitet de spiritu

B ij Dei

Cum tan
tum signa
et species
mutentur
& non
resacra
menti.

Dei et de verbis Christi. Iohan. 14. et
16. et Matth. 28. Peccetq; in spiritum
sanctū ex mera superbia sensuq; inflato
dum existimat, se melius intelligere scri
pturam, quam intelligit interpreta
turq; eam spiritus Dei per Ecclesiam,
Quemadmodum de talibus conquerit
tur Paulus, 1. Timo. 4. et 2. Timo 3.
Tit. 3. etc. Vbi enim talis superbia
non est in corde, ibi vnusquisq; facile
perpendit, totū corpus plus esse quam
digitum aut membrum aliud, et Eccle
siam per spiritum Christi exactius so
lidiusq; intelligere scripturam, quam
intelligit eam vnicus aut singularis ho
mo, presertim si consideret, vel doctis
simos errasse, quam primum se in vll
o articulo Ecclesie opposuerunt, Con
tra S. Paulum. 2. Cor. 10. Vbi do
cet nos in captiuitatem redi
gere intellectum nostrum.

Ad

A
O

D
instit

Luc. 2

stus it

cis, sec

adhuc

affuer

do dis

posto

dū &

ciemir

tur ibi

corpo

vtraq;

ipse au

Emau

n. 14. et
iritum
inflato
ere scri

AD OBIECTI ONES ADVERSARIO rum Responsio.

pretas
esiam,
queris
mo 3.
perbia
facile
quam
Eccles
is so
quam
is ho
octis
a vll
Con
do
=

Dicunt Aduersarij, Christus hoc
Sacramentum sub vtraq; specie et
instituit et dedit, Matth. 26. Mar 14.
Luc. 22 et 1. Cor. 11. Responsio, Chris
tus ita dedit quidem, non autem Lai
cis, sed Apostolis, Id quod sacerdotes
adhuc hodie faciunt in Missa, Non
affuerunt ibi laici, Quapropter quan
do dixit, Bibite ex hoc omnes, ad A
postolos loquutus est, Quemadmos
dū & istud, Omnes vos scandalū pas
ciemini in me in ista nocte, Neq; loqui
tur ibi de speciebus panis et vini, sed de
corpore et sanguine suo, quæ sanè
vtraq; et Laici sub vna specie accipiūt,
ipse autem postea duobus discipulis in
Emaus vnam tantum speciem dedit,

Ad

B ij

Quanz

Quantum ad Laicos attinet, reliqui
arbitrio spiritus Dei in Ecclesia, a
dandam siue vnam siue vtrancq; specie
vtrum pro temporum ac personarum
qualitate melius visum fuerit. Præce
pit autē, vt Ecclesiam audiamus Ma
thæi 18. et Prælatos, Luce 10. No
autem vt propria temeritate vtranc
speciem contra consuetudinem institu
tumq; Ecclesie petamus aut sumamus.

Dicunt deinde, Christus in cæna di
xit, Ioha. 13. Exemplum dedi vobis
vt quemadmodum ego feci, & vos fa
ciatis. Responsio. Hæc verba ad A
postolos dicta sunt, et non de Sacra
mento isto, sed de lotionem pedū et hu
militate, vti textus clarè ostendit. Nec
necessarium est, nos omnem obseruar
modum et formam, quibus vsus est
Christus, Ipse vespere post cœnam de
dit, Nos autem ex præcepto et con
suetudine

reliqui
etia, a
specie
onatur
Præce
us Ma
No
vtranc
institu
amus.
æna di
i. vobis
vos fa
a ad A
Sakra
i et hu
it. Neo
seruar
vsus es
am de
et cons
etudine

uetudine Ecclesiæ, sumimus et confesa
ramus ante meridiem, et ieiuni, non
post cœnam. Ipse XL. diebus et XL.
noctibus ieiunauit absq; omni cibo hu
mano, quod nos facere non tenemur,
quum Ecclesia aliam nobis ordinatio
nem dederit. In qua tamen etiam habet
potestatem, alterationem facere, secū
dum quod hominum infirmitas expos
cit, Olim ieiunabatur toto die vsq; ad
vesperam, nūc ad meridiem vsq;. Pos
set autem accidere causa, vt Ecclesia ite
rum ad vesperam vsq; ieiunare præci
peret. Nos certe ei obedire teneremur,
Matth. 18. Ita et plenam habet Eccles
ia potestatem dandi Laicis hoc sacra
mētum, seu sub vna, seu sub vtraq; spe
cie, quamuis vtrancq; dederit Apostolis
Christus, Nos autem obligamur Ec
clesiæ parère, vt dictum est.

Dicūt rursus, Ius diuinum est im= 7.

B iij muta/

mutabile, Quicquid ergo Christus aet id
dixit aut fecit, immutabile manere dicitur lib
bet. Responsio. Christus Laicis vtrā
speciem neq; praecepit nec interdixit an
sed eiusmodi ordinationem faciendae lo
Apostolis et Ecclesiae per spiritū sanctū. Eius
etum post se reliquit, Dixitq; Iohan. sacer
Adhuc multa habeo vobis dicere, sed ne
non potestis portare modo etc. Nisi alie
totum est immutabile, secundum literam sicut
quicquid in diuina scriptura continetur de ca
et comprehenditur. Maxima enim pars, si
constitutionum veteris Testamenti sicut
secundum literam modo non seruatur speci
sed nec seruari debet. Sunt item consti
tutiones aliquae, leges positivae, in nouo
Testamento, quas non tenemur amplius lo
seruare, vt est, Rerū temporalium cōmen
munio, Act. 2. et 4. Abstinentia a san
guine edēdo, Act. 15. Viros detōderunt
capillos, mulieres velare caput, 1. Co. 11. et i

ristus aet id genus aliæ, A quibus nos Eccles-
anere dñia liberos fecit per spiritum Dei.

is vtrā Obijciunt nobis ius Canonicum, 4.

terdixiet antiquos Canones, qui de vtraq; spe
ciendacæ loquuntur, et præcipiunt. Respon.

ritū sac Eiusmodi Canones intelliguntur de *De cons-
secre. di-*

lohan. sacerdotibus in Missa, nō de laicis, nec *stin. ij. c.
Comperi-*

tere, sed de præbyteris extra missam. Quod *mus.*

etc. Nisi aliqui de Laicis quoq; loquantur cō-
um literi-
siderandum ibi est sanè, an loquantur

ōtinetur de carne seu corpore et sanguine Chri-
nim passi, sic enim nihil faciunt contrā conclu-
menti sōtionem nostram. Laici enim sub vna

seruatur specie nō minus sumunt corpus et san-
m const-
guinem Christi quā sacerdotes in missa

in noua sub vtraq;. Sin vero expressis verbis
amplius loquantur de vtraq; specie huius sacra-

lium cōmenti non debent ad hæc tempora res-
tia a san-
ferri aut exponi, sed ad ea, quando li-

detōderitum erat, Laicis quoq; vtraq; spe-
1. Co. ciem dare, Quod ex multis sane rati-

et i B v onibus

De conse
cra. dist.
ij. c. Per
acta.

nibus ab Ecclesia abrogatum est, sicut
Roffensis demonstrat. Quemadmo-
dum et hoc in antiquis habetur Cano-
nibus, vt omnes Christiani, qui missam
audiunt, quotidie cōmunicent, Quod
Ecclesia relaxauit et abrogauit, prop-
ter infirmitatem populi cōmunis.

5.

Vbi nunc eis vtraq; species non
permittitur, volunt extrinsecus ab hoc
sacramento penitus abstinere, dicen-
tes, nusquam esse præceptum, vt sus-
cipiatur. Responsio. Ecclesia, cui om-
nis homo tenetur obedire, rigide ac-
seuerè præcepit, In Cap. Omnis vtri-
usq; sexus, de pœnitentia et remissione.
Vt vnusquisq;, qui ad annos discretio-
nis peruenit, sacramentum istud ad mi-
nus semel in anno tempore paschali sus-
cipiat. Si quis ergò iuxtà tenorem huius
præcepti illud non facit is inobediens
est Ecclesiæ. Quod sanè graue pecca-
tum

Et, sicut
admo-
Cano-
missan-
Quoc-
prop-
s.
es non
ab hoc
dicen-
vt sus-
ui om-
gide ad
s vtri-
sione,
retio-
ad mis-
nali sus-
huius
ediens
pecca-
tum

tum est, quasi Idololatria. 1. Regū. 15. ^{Supra}

Et dubitat de spiritu sancto, vti suprà
dictum est, præbetq; scandalum pro-
ximo contrá. S. Paulum, Ro. 14. et 1.
Cor. 8. Quapropter melius esset ei, vt
mola asinaria suspenderetur in collo
eius etc. Quemadmodum dicit Chri-
stus, Matth. 18. Est præterea coram
Deo membrū præcisum propter scan-
dalum, Matth. 5. Quod si dixerit, cō-
scientiam suam se ad hoc vrgere. Id sa-
nè, non excusat, Quia falsa et erronea
est ea cōscientia, quæ ex superbia qua-
dam non vult intellectum suum in cap-
tiuitatem redigere, sed vult plus scire
quam tota Ecclesia Christi scit,
Quæ sanè superbia prohibita
est, Ro. 11. et 12. Pro-
uerb. 3. etc.

DE

DE SACRI

FICIO MISSÆ, SAN

ctorum patrum veteris & Catholica

Ecclesiæ aliquot firma testimonia.

*Et omisimus nunc quidem consulto, eos ple-
rosq; qui in isto proximo annorum
millenario uixerunt, ne forte di-
cas noua esse hæc.*

*Theophilactus Græcus, Archiepiscopus Bul-
gariæ, qui uixit circa annum domini 730
In cap. Luca 5.*

Vbi aliquis fuerit, inquit purificatus
tunc deniq; dignus est offerre Domino
donum istud, hoc est, **IMMOLA-
RE CHRISTVM**, & sacrificare.
Nam qui leprosus est, et immundus
anima, haud dignus fuerit offerre talia
dona, hoc est, offerre corpus et san-
guinem Domini, quod diuinæ naturæ
vnitum est.

Theo

I Quinta vespera fecit Dominus coe-
nam, & discipulis dixit: Accipite et coe-
medite, Hoc est enim corpus meum: et
quia potestatem habebat pone-
re animam suam, manifestum quod
tunc **IMMOLAUERIT** se-
ipsum, ex quo tradidit discipulis cor-
pus suum.

Concilium Nicænum, quod celebratum est
circa annum salutis 474. Et semper in ma-
xima authoritate habitum, sic habet.

Peruenit ad sanctum concilium, quod
in locis quibusdam et ciuitatibus. Præ-
sertim Sacramenta Diaconi porri-
sunt: hoc neque regula, neque consuetudo
tradidit, ut hi, qui offerendi sacrificij
non habent potestatem, his, qui **OF-
FERUNT** corpus Christi porri-
sunt.

S. Io:

S. Io : Chrysoſtomus Episcopuſ Conſtanti-
nopolitanuſ , uir doctiſſimuſ , qui uixit circa
annuſ domini 400. de Dignitate Sacerdotuſ
lib. 6. cap. 4.

Eum qui pro omni ciuitate , quid d
eo ciuitate & imo uero pro uniuersa
terraruſ orbe legatuſ intercedit , d
precatorq; eſt apud Deuſ , ut homi-
num omnium non uiuentium modo
ſed etiam MORTUORUM peccata
propitiuſ fiat , qualẽ quæſo eſſe oportet
& Equidem neq; Moïſiſ , neq; He-
liæ fiduciam fore unquam ſatiſ puta-
uerim ad ſupplicationem huiuſmodi
peragendam , quandoquidẽ tanquam
munduſ illi uniuerſuſ conceditur , at
adeo omnium ſit pater , ſic ad Deũ ipſuſ
accedit , deprecans quicquid ubiq; eſt
bellorum extingui , turbas ſolui , atq;
horuſ locuſ pacem , ac felicem reruſ
ſtatuſ ſuccedere , deniq; celerem maloruſ

rum vnicuique imminentium, qua priuata
tim, qua publicè defunctionem postula
ans. Porrò illum ipsum oportet tanto
omnibus in rebus illis præstare, pro
quibus intercedit, quantum par est, vt
subditos præfectus excellat. Quum
autem ille, et spiritum sanctum inuocauerit,
Sacrificiumque, illud horrore ac
reuerentia plenissimū perfecerit, com
muni omnium Domino, manibus assis
sue pertractato, quæro ex te, quorū il
lum in ordine collocabimus? Quan
tam vero ab eo integritatem exige
mus? Quantam religionem? Consi
dera enim quales manus illas adminis
trantes esse oporteat? Qualem lin
guam, quæ verba illa effundat? Denique
qua anima non puriorem, sanctiorem
que esse conueniat animam, quæ tantum
illum, tamque dignum spiritū receperit?
Per id tempus et angeli sacerdoti assis
dent,

dent, et cælestium potestatem vniuersus ordo clamores excitat, et locus altari vicinus, in illius honorē, qui **I M M O L A T V R**, angelorum choris plenus est. Id quod credere abundè licet, vel ex tanto illo **S A C R I F I C I O**, quod tum peragitur. Ego vero, et commemorātem olim quendam audiui, quum diceret senem quendam, virum admirabilem, ac cui revelationū mysteria multa diuinitus fuissent detecta, sibi narrasse, se tali olim visitatione dignum habitum à Deo esse, ac per illud quidem tempus, de repente Angelorum multitudinem conspexisse (quatenus aspectus humanus ferre poterat) fulgentibus vestibus indutorū, altare ipsum circumdantium, deniq; sic capite inclinatorum, vt si quis milites præsentem rege stantes videat, id quod facile mihi ipse persuadeo. Item et alius quidam

quidam mihi narrauit, non quidem ille
ab alio edoctus, sed dignus habitus,
qui id et vidisset ipse, et audisset: quod
qui de vita hac emigraturi sunt, si my-
steriorum huiusmodi cum pura ac mū-
da conscientia fuerint participes, spi-
ritum efflaturi, ab Angelis illorū cor-
pora satellitū more stipantibus, pro-
pter assumptum illud sacrū, hinc recta
in cœlum abducuntur. Hec D. Chris-
ost.

*Idem D. Chrysoſt. de Dignitate ſacerdotali.
lib. 3. cap. 4.*

Dum conſpicias dominum immolatū,
ſacerdotem SACRIFICIO in-
cumbentem, ac preces deſuper funden-
tem, tum vero turbam circumfulſam,
precioſo illo ſanguine intingi ac rube-
ſcieri, etiam ne te inter mortales verſari,
atq; in terra conſiſtere cenſes? An
non carnis cogitationem omnem abij-
ciens,

ciens, nudo animo, mente pura circumspicis, quæ in cælo sunt? Quàm magna Dei erga genus humanum beneuolentia? En, qui cum patre sursum sedet, in illo temporis articulo, omnium manibus pertractatur, ac se ipse tradit volentibus ipsum excipere.

Chrysoſto : Serm. de incomprehensibili dei natura. Tom. 2.

Tempore illo (mysteriorum) miſeriter, non solum homines clamorẽ illum horribilem reddunt, sed etiam Angeli domino genu flectunt, et Archangeli rogant, habent sibi tempus id idoneũ, habent sacram illam **OBLATIONEM** in fauore. Itaq; vt homines ramos olearum gerentes mouere Reges consueuerunt: eoq; arboris generis misericordiam commemorant, et humanitatem: Sic Angeli tunc pro ramis oleaginis

oleaginis
roga
cant.
tu ad
mor
pro
tuum
oran
mola

ch
In
ctior
sang
(De
etiar
Hic
gnifi
cum
pro
OF

oleaginis corpus ipsum protendentes,
rogant pro genere humano, quasi di-
cant. Pro his domine rogamus, quos
tu a deo dilexisti, ut pro eorum salute
mortem obires, animam cruce efflares
pro his supplicamus, pro quibus ipse
tuum largitus es sanguinem: pro his
oramus, pro quibus corpus hoc im-
molasti.

Chrysof. in 1. Corinth. 10. hom. 24.

In veteri testamento, cum imperfe-
ctiores essent, quem idolis offerebant
sanguinem, eum ipse accipere voluit
(Deus) ut ab idolis eos auerteret, quod
etiam inenarrabilis amoris signum erat.
Hic autem multo admirabilius, et ma-
gnificentius sacrificium præparauit,
cum sacrificium ipsum commutaret, et
pro brutorum cæde, **SEIPSUM**
OFFERENDUM præciperet.

C **ñ** Insignis

Insignis ille Doct̄or Ecclesie, D. Augustinus qui
vixit circiter annū domini 390. ita scribit, de Ci-
uitate Dei lib. 19. Cap. 20.

Verus ille mediator, in quantum for-
mam serui accipiens mediator effectus
est Dei et hominum, homo Christus
Iesus, cum in forma Dei sacrificium cū
patre sumat, cum quo et vnus Deus est,
tamen in forma serui sacrificium ma-
luit esse, quam sumere, ne vel hac occa-
sione quisquam existimaret, cui libet
sacrificandum esse creaturæ. Per hoc
et sacerdos est, ipse offerens, **IPSE
ET OBLATIO.** Cuius rei sa-
cramentum quotidianum esse voluit
**ECCLESIAE SACRIFI-
CIVM:** quæ cum ipsius Capitis cor-
pus sit, seipsam per ipsum discit offer-
re. Huius veri sacrificij, multiplicia va-
riaq; signa erant, sacrificia prisca san-
ctorum, cum hoc vnum per multa fi-
guraretur,

gurari
vna c
com
sacrifi
runt.

D.
Qu
dicer
quod
OF
OR
pletu
factu
stum
es sac
sedec
Aarc
illuce
prær

Au

guraretur, tanquam verbis multis, res
vna diceretur, vt sine fastidio multum
commendaretur. Huic summo veroque
sacrificio, cuncta sacrificia falsa cesserunt.

D. August. eodem de Ciuit. Dei. lib. 16. cap. 22.

Quum Melchisedech Abrahæ benediceret, ibi primū apparuit sacrificium: quod nunc à CHRISTIANIS OFFERTUR DEO TOTO ORBE TERRARVM, impleturque illud, quod longè post hoc factum, per prophetā dicitur ad Christum, qui fuerat vêturus in carnem: Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Nō scilicet secundum ordinem Aaron: qui ordo fuerat auferendus, illucescentibus rebus, quæ illis vmbri prænотabantur.

Et hoc est, quod dicitur Catholicū quod uidelicet fit à Christianis toto terrarum orbe.

Augustinus de Ciuit. Dei lib. 17. cap. 17.

C iij Iam

Iam nusquam est sacerdotium, et sacrificium secundum ordinem Aaron, et ubiq; offertur sub Sacerdote Christo, quod protulit Melchisedech, quando benedixit Abraham.

Augustinus de Ciuit. Dei lib. 17. cap. 20.

Non est bonum homini nisi quod manducabit, et bibet (Ecclesiast. 3.) Quid credibilius dicere intelligitur, quam quod ad participationem mensæ huius pertinet, quam sacerdos ipse mediator testamenti noui exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore et sanguine suo? Id enim sacrificium, successit omnibus illis sacrificijs veteris testamenti, quæ immolabantur in umbra futuri, propter quod etiam vocem illam in Psalmo tricessimio et nono, eiusdem mediatoris per prophetam loquentis agnoscimus: *Sacrificium*

crifici
pus a
lis on
CO
TVI

Au

Hu
adue
litud
Chri
tur, p
ment

D.

Co
secul
vesp
ratur
sum
IM

et sa-
ron,
Chri-
quas
crificium et oblationem noluiti, cor-
pus autem perfecisti mihi: quia pro il-
lis omnibus sacrificijs et oblationibus,
CORPVS EIVS OFFER-
TVR, et participantibus ministratur.

Aug. contra faustum, lib. 20. Cap. 21.

quod
s. 3.)
itur,
nen-
ipse
t se-
n de
sa-
acris
ola-
uod
cesi-
per
Sa-
ium
Huius sacrificij caro & sanguis, ante
aduentum Christi, per victimas simi-
litudinum promittebatur, in passione
Christi per ipsam veritatem reddeba-
tur, post ascensum Christi per Sacra-
mentum memoriae celebratur.

D. Augustinus de Cataclysmo cap. 4.

Comeditur agnus per noctem huius
seculi, vt cum mane illud venerit, quod
vesperum non habebit, non iam offe-
ratur sacrificium imaginis agni, sed ip-
sum agnum, quem **QVOTIDIE**
IMMOLAMVS, comedimus
C iij et cuis

et cuius sanguinem bibimus.

Augu. in Psalm 33.

Erant sacrificia antè, Iudæorum
secundum ordinem Aaron, in victimis
pecorum, et hoc in mysterio, nondum
erat SACRIFICIUM corporis
et sanguinis domini, quod fideles no-
runt.

*D. Hieronimus, qui claruit circa annum serua-
toris 395. Scribens ad Marcel.*

Recurre ad Genesim, et Melchise-
dech Regem Salem, huius Principem
inuenies ciuitatis, qui iam tunc in typo
Christi, panem et vinum obtulit: et
Mysterium Christianū, in Saluatoris
sanguine et corpore dedicauit.

*S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, qui ui-
xit circiter annum 375. in Luca cap. 1.*

Vtinam

Vtinam nobis quoq; adolentibus
altaria, sacrificium deferentibus, adsi-
stat Angelus, imò præbent se videndū
Non enim dubites adsistere Angelum,
quando Christus assiltit, CHRIS-
TVS IMMOLATVR.

Ex Missa D. Ambrosij.

Quid desperare de tua misericordia
possumus, qui tuum munus accepimus,
vt talem tibi hostiam offerre mereres
mur. Corpus scilicet et sanguinē Do-
mini nostri Iesu Christi, qui se pro mū-
di redemptione, piæ illi ac venerandæ
tradidit passioni. Qui formam sacri-
ficij salutis perhennis instituēs, hostiam
se primus obtulit, et primus DO-
CVIT OFFERRI.

Gregorius Nazianzenus S. Hieronymi præce-
ptor, ad Episcopos scribens, inquit.

C. V. O. Saa

O Sacrificia mittentes incruenta sacerdotibus, ô animarum gloriosi custodes, ô magni Figmentum Dei in manibus vestris ferentes.

Eusebius uir doctissimus floruit anno Do. 280. Demonstrationis Euangelicæ, lib. 1. cap. ult.

Ab ortu solis vsq; ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus, et in omni loco incensum offertur nomini meo, et hostia munda. Sacrificamus igitur Deo altissimo sacrificiũ laudis: Sacrificamus Deo plenũ, et horrorem afferẽs, et sacrosanctum sacrificiũ: sacrificamus nouo more, secũdum nouum testamentum, hostiam mundam.

D. Cyrillus Episcopus Alexandrinus qui floruit in ueteri Ecclesia circiter annum Domini 280. in libro contra Nestorium.

Annunciantes eam, quæ secũdũ carnem, mortem vnigeniti filij Dei, hoc est, Iesu Christi, et ex mortuis resurrex-

[ctionem,

tionem, inq̄ caelos assumptionem cō-
stitentes, **INCRVENTVM** in
Ecclesijs perficimus **CVLTVM**,
accedimusq; si ad mysticas benedicti-
ones, et sanctificamur, efficimurq; par-
ticipes sanctæ carnis, et preciosi sangui-
nis, nostri omnium seruatoris Christi,
et non quasi carnem communem acci-
pientes (absit) neq; etiam quasi carnem
viri sanctificati, et copulati verbi secū-
dum vnitatem dignitatis, hoc est, quasi
diuinam habitationem assecuti, sed vt
sere viuificam et propriā ipsius verbi.

*S. Cyprianus Carthaginensis Episcopus &
Martyr, qui uixit circa annum 254. libro 2. E-
pistola. 3. sic habet.*

Inuenimus in Genesi sacramentū cir-
ca Noe hoc idem præcucurrisse, et figu-
ram dominicæ passionis illis extitisse,
quod vinū bibit, quod inebriatus est,
quod in domo sua nudatus est, quod
fuit

fuit recubans nudis et patentibus fem-
moribus, quod nuditas illa patris à
medio filio denotata est, et foras nunc-
ciata, à duobus vero maiore et minore
contesta. Et cætera quæ necesse non
est exequi, cum satis sit hoc solum com-
plecti, quod Noë typum futuræ veris-
tatis ostendens, non aquam sed vinum
biberit, et sic imaginem dominicæ pas-
sionis expresserit. Item in sacerdote
Melchisedech SACRIFICII Do-
minici sacramentum præfiguratum vi-
demus, secundum quod scriptura diui-
na testatur et dicit: Et Melchisedech
Rex Salë protulit panē et vinum. Fuit
autem Sacerdos dei summi et benedi-
xit Abraham. Quod autem Melchis-
sedech typum Christi portaret, decla-
rat spiritus sanctus in psalmis, ex per-
sona patris ad filium dicens: Ante lucis-
ferum genui te. Iuravit dominus et nõ

pœnite

pœn-
num
Qui
venit
chise
quod
Abra-
sacer-
nostr-
Deo
quod
panem
et san-
dictio
pulum
deh
braha
antè
scilicet

penitebit eum, tu es sacerdos in æter-
num secundum ordinē Melchisedech.
Qui ordo utiq; hic est de sacrificio illo
veniens et inde descendēs, quòd Mel-
chisedech sacerdos Dei summi fuit,
quòd panem et vinum obtulit, quòd
Abraham benedixit. Nam qui magis
sacerdos Dei summi, quàm dominus
noster Iesus Christus, qui sacrificium
Deo patri obtulit, et obtulit hoc idē,
quod Melchisedech obtulerat, id est,
panem et vinum, suum scilicet corpus
et sanguinem. Et circa Abraham bene-
dictio illa præcedens, ad nostrum po-
pulum pertinebat.

Et Paulo post.

Ut ergo in Genesi per Melchise-
dech sacerdotem benedictio circa A-
braham possit ritè celebrari, Præcedit
antè imago sacrificij in pane et vino
scilicet constituta. Quam rem perficiēs
et ad

et ad implens dominus panem et calicem mixtum vino obtulit, et qui est plenitudo veritatē præfiguratæ imaginis adimplevit.

Et iterum ibidem.

Si Iesus Christus dominus et Deus noster ipse est summus sacerdos Dei patris, et sacrificium Deo patri ipse primus obtulit, et hoc fieri in sui cōmemorationem præcepit, vtiq; ille sacerdos vice Christi verè fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur. Et **SACRIFICIUM** verum et plenum tunc **OFFERT** in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christū videat obtulisse.

Iterum ibidem.

Et quia passionis eius mentionem in sacrificijs omnibus facimus (**PASSIO** enim Domini est **SACRIFICIUM QVOD OFFER**

R. l.

RIMVS) nihil aliud quam quod
ille fecit, facere debemus. Scriptura
enim dicit: Quotiescunq; enim ederis
tis panem istum, et calicem istum bibe-
ritis, mortem domini annuntiabitis
quoadusq; veniat. Quotiescunq; ergo
calicem in commemorationem domi-
ni et passionis eius offerimus, id quod
constat dominum fecisse, faciamus.

*Tertullianus, qui fuit vicinus temporibus Apo-
stolorum in lib. de cultu seminarum pag. 6 sic
habet.*

Vobis (mulieribus) nulla proceden-
di causa non tetrica, aut imbecillis ali-
quis ex fratribus visitandus: aut sacri-
ficium offertur: aut Dei verbum ad-
ministratur.

Idem Tertullianus lib. ad Scapulam.

Itaq; et sacrificamus pro salute im-
peratoris, sed Deo nostro, et ipsius,
sed,

sed, quomodo præcepit Deus, prece-
pura.

*D. Iræneus adhuc uicinior Apostolorum tempo-
ribus, ut pote Polycarpi discipuli S. Iohannis
discipulus, aduersus hereses Valentini lib. 4.
cap. 32.*

Christus suis discipulis dans consi-
liū, primitias Deo offerre, ex suis creas-
turis, non quasi indigenti, sed vt ipsi
nec infructuosi, nec ingrati sint, cum
qui ex creatura panis est, accepit et gra-
tias egit Dicens: Hoc est corpus meum.
Et calicem similiter, qui est ex ea crea-
tura, quæ est secundum nos, suum san-
guinem confessus est: et noui testamen-
ti nouam docuit oblationem, quam
Ecclesia AB APOSTOLIS
accipiens, in vniuerso mundo offert
Deo, ei qui alimenta nobis præstat,
primitias suorum munerum in nouo
testamento: de quo in XII. Prophe-
tis Ma-

tis
est
nus
cipi
ort
um
ni
et
nun
cit
sim
qui
om
ei, e
rific

Id
E
N V
uerf
FI

tis Ma-

prece
tempo
hannis
lib. 4.
onfi
crea
t ipsi
cum
et gra
eum.
crea
n san
men
quam
LIS
offert
estat,
nouo
ophe
Ma

tis Malachias sic præsignificauit: Non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus omnipotens, et sacrificium non accipiam de manibus vestris, quoniam ab ortu solis vsq; ad occasum nomen meum glorificatur inter gentes, et in omni loco incensum offertur nomini meo, et sacrificium purum. Quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens. Manifestissimè significans per hæc, quoniã prior quidem populus cessabit offerre Deo: omni autem loco sacrificium offertur ei, et hoc purum, nomen autẽ eius glorificatur in gentibus.

Idem D. Irenæus, eodem lib. cap. 34.

Ecclesiæ oblatio, quam **DOMINVS DOCVIT** offerri, in vniuerso mūdo, **PVRVM SACRIFICIVM** reputatum est apud Deū,

D & acce

& acceptum est ei, non quod indigeat
à nobis sacrificium, sed quoniam is qui
offert, glorificatur ipse in eo, quod of-
fert, si acceptetur munus eius.

S. Ignatius discipulus S. Ioanni Apostoli, in E-
pistola ad Smirneses.

Non licet sine Episcopo (ordinante)
neq; offerre, neq; sacrificiũ immolare.

Est in Actis apostolorum locus perspicuus,
Cap. 13. Vbi Lucas narrat diuinam illam se-
gregationem Pauli & Barnabæ ab alijs disci-
pulis, qui erant Antiochiæ, de quibus dicit,
Sacrificãtibus (λεϊτργυριων) illis domi-
no et ieiuantibus illis dixit spiritus san-
ctus: Segregate mihi Paulũ et Barnabã.
Ex quo loco clarè constat Iesu Christi discipulos
in hoc sacrosancto mysterio sæpe fuisse occu-
patos, maximè quando aliquid magni uolebant
auspicari.

Præter

PRæter ea que hæcenus recensuimus, plurima
reperiuntur & manifesta de hoc negotio testi=
monia in sanctis patribus et doctoribus Eccle=
siae omnium temporum, quibus merito cedere debe=
bat istorum superba audacia, qui sibi solis, spretis
uniuersis, credi uolunt. Neq; enim nobis cū ipsis cer=
tamen est, de sacrosanctis ueteris & noui testamenti
litteris, quas ipsi à nobis incorruptas acceperunt, sed
de earum incorrupta interpretatione. De hac igitur
interpretatione certantes, dicimus eam esse ueram,
certam & recipiendam ab omnibus, quam constat,
non nuper ab istis excogitatam, et quidem tam ua=
riam et instabilem, ut quouis Protheo sit mutabilior
sed quam uniuersa Ecclesia Catholica, semper &
ubiq; habuit, docuit & per manus traditione ad nos
usq; constanter transmisit. Sicut tidi huius rei arbi=
tror gustum dedimus, in hoc Sacrosancti Missæ sa=
crificij negotio, quod quidem isti, (cum sint mali,
bona loqui non ualentes) abominationem impia et
maledica sua consuetudine appellare non ueretur.
Sed his iam omis: Istorum sanctissimorum, simul
& doctissimorum Episcoporum & sacerdotum ue=
teris et Catholice Ecclesie auctoritates, concluda=
mus hæc unica Cypriani Sanctissimi martyris sen=
tentia, desumpta ex lib. 1. Epi. 3. ad Cornelium fra=
trem, contra Hæresiarchas.

Cum hæc tanta ac talia , et multa
alia exempla præcedant, quibus sacer-
dotalis authoritas et potestas diuina
dignatione firmatur, quales putas esse
eos, qui sacerdotū hostes, et cōtra Ec-
clesiam catholicā rebelles, nec præmo-
nentis Domini cōminatione, nec futuri
iudicij vltione terrētur? Neq; enim ali-
undè hæreses obortæ sunt, aut nata
sunt schismata, quàm inde. **QVOD**
SACERDOTI Dei non obtem-
peratur. Nec vnus in Ecclesia ad tem-
pus sacerdos, et ad tempus iudex vice
Christi cogitatur: Cui si secundum ma-
gisteria diuina, obtemperaret fraterni-
tas vniuersa, nemo aduersum sacerdo-
tū collegium quicquam moueret, nemo
post diuinū iudiciū, post populi suffra-
gium, post cōepiscoporum consensum
iudicem se **NONIAM** Episcopi,
sed Dei faceret: Nemo dissidio vnita-
tis Chri-

Christi Ecclesiã scinderet: nemo sibi
facens ac tumēs, seorsim foris nouam
eresim conderet, nisi si ita est aliquis
crilegæ temeritatis, ac perditæ men-
s, vt putet sine Dei iudicio fieri sacer-
otem, cū Dominus in Euangelio suo
dicat: Nōne duo passerēs alle vene-
runt, et neuter eorum cadit in terram,
sine patris vestri voluntate? Cum ille
dicat minima fieri sine voluntate Dei di-
citur, existimat aliquis summa et magna,
sine patris vestri voluntate, aut non permittente
Deo in Ecclesia Dei fieri, et sacerdotes
sine patris vestri voluntate, dispensatores eius, non de eius
sine patris vestri voluntate, sententia ordinari? Hoc est fidem non
habere qua viuimus, hoc est Deo ho-
norem nō dare, cuius nutu et ar-
bitrio, regi et gubernari om-
nia scimus et credi-
mus.

D iij

HYM

HYMNVS S. THOMAE

qui de feſto Corporis Chriſti canitur
in Eccleſſia.

Lauda Syon ſaluatorem : lauda Ducem
Paſtorem in hymnis & canticis.

Quantum potes tantum aude, quia maior omni
de : nec laudare ſufficis.

Laudis thema ſpecialis : panis uiuus & uitalis,
die proponitur.

Quem in ſacra menſa cœnæ, turba fratrum duod
næ, datum non ambigitur.

Sit laus plena, ſit ſonora, ſit iocunda, ſic deco
mentis iubilatio.

Dies enim ſolemnis agitur, in qua menſa prima
colitur huius inſtitutio.

In hac menſa ſummi Regis, nouum paſcha nouæ hec ſtat
gis, phaſe uetus terminat.

Vetuſtatem nouitas, umbram fugat ueritas, no
Lux eliminat.

Quod in cœna Chriſtus geſſit, faciendum hoc ep
preſbit, in ſui memoriam.

Docti ſacris inſtitutis, panem uinum in ſalutis cop
ſecramus hoſtiam.

Dogma datur Chriſtians, quod in carnem tran
panis, & uinum in ſanguinem.

Quod non capis, quod non uides animoſa firmat
des, præter rerum ordinem.

A b diuersis speciebus signis * tantum & non re=
 us latent res eximiae.
 ro cibus, sanguis potus, manet tamen Christus
 otus, sub * utraq; specie.
 uem sumente non concisus, non con fractus, non diui=
 s, integer accipitur.
 nni sumit unus, sumunt mille, quantum unus, tantum
 lle, nec sumptus consumitur.
 lis, huiusmodi boni, sumunt mali: sorte tamen inaequali,
 ita uel interitus.
 duodors est malis, uita bonis, uide paris sumptionis,
 quim fit dispar exitus.
 decoacto demum Sacramento, ne uacilles, sed memen=
 o, tantum esse sub fragmento, quantum toto te=
 imatur.
 ulla rei fit scisura, signi tantum fit fractura, qua
 oua hec status, nec statura signati minuitur.
 cce panis Angelorum, factus cibus uiatorum, uere
 noct panis filiorum, non mittendus canibus.
 figuris praesignatur, cum Isaac immolatur, agnus
 hoc epaschae deputatur, datur Manna patribus.
 one pastor, panis uere iesu nostri miserere, tu nos
 is copasce, nos tuere, tu nos bona fac uidere in terra
 uiuentium.
 tranu qui cuncta scis & uales, qui nos pascis hic mor=
 tales, tu nos ibi commensales, coheredes & soday
 rmat fcs, fac sanctorum ciuium. Amen.

Quia spe
 cies panis
 manet, re
 uera autē
 panis am=
 plius non
 est, sed
 Corpus
 Christi.

*
 Sub uira=
 libet spe=
 cie, ut pa
 tet infra.
 Tantiū es=
 se sub fra=
 gmento etc

28

FINIS.

1787

Received of the Honble East India Company
the sum of one hundred and fifty pounds

for the purchase of one hundred and fifty
shares of the said Company's stock

at the rate of one hundred pounds
per share


the said sum being paid by the said
Company's Treasurer


in full for the said shares

and the receipt of the said
Company's Treasurer

is hereby acknowledged

1787





Biblioteka Jagiellońska



stdr0042038

